

## Werk

**Titel:** Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber  
**Autor:** Pfanner, Tobias  
**Verlag:** Boetius; Litteris Mullerianis  
**Ort:** Gothae; Francofurti; Vinariae  
**Jahr:** 1688  
**Kollektion:** VD17-Mainstream  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN740847600  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>  
**LOG Id:** LOG\_0012  
**LOG Titel:** Addit. ad Cap. 2. § 6.  
**LOG Typ:** additional

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions. Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*Addit. ad Cap. 2. §. 6.*

**J**AM in eo erat Liber, ut prope-  
 diem præli molestias evaderet, cum in actis Eruditorum, quæ Lipsiæ egregio rei litterariæ bono colligantur, *Wilhelmum Cave*, Theologum Anglum, animadverteremus, suo de *Christianismo primitivo, seu de Religione priscorum Christianorum in primis Evangelii seculis* Tractatu perhibentem, *pauis tum quædam frustra, præter Eucharistiam, benedici solita, pro Catechumenis, aliisque quibus jus communicandi non esset, ut loco Sacramenti ipsis inserviret, atque hæc, Evlogias vulgò dictas, passim per vicos & pagos transmissa etiam fuisse, ad testificandam unionem & societatem mutuam.* Quam in sententiam, cujus jam supra quædam à nobis mentio facta, ulterius, quantum per operas librariosque

*Act. Lips. Erudit. Tom. 5. p. 168.*

*c. 2. §. 6.*

licuit,

licuit, inquirendum duximus. Et  
 verò non dubium habetur, fuisse  
 apud veteres Communionis quod-  
 dam genus, *per Evlogias* celebrari  
 solitum, ideò institutum, ut quos  
 per pagos vicosque ab Ecclesia  
 matrice locorum intervalla discre-  
 verant, communicatione panis in  
 ista oblatis benedictique (unde  
*Ἐυλογία* nomen,) conjunge-  
 rentur, ut scilicet, cum eodem isti  
 velut victu uterentur, in ipsa me-  
 tropoli cum ceteris convivati vi-  
 deri possent. Eumque diversum  
 fuisse ab eo pane, quo Servatoris  
 corpus præbebatur, saltem ex isto-  
 rum opinione certum est, qui fer-  
 mentatum istum, uti credere par est,  
 azymum hunc & sine fermento  
 fuisse, arbitrantur, quod quidem  
 posterius nondum ita expeditum  
 est, ut assensum commodare, sine  
 erroris periculo liceat. Agitur de  
 isto minorum sacramentorum ge-  
 nere

genere Canone Laodicensi, quo Can. 14  
 prohibetur, μήτ' ἀ ἁγία εἰς λόγον  
 εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν μελλί-  
 των καθίσταται εἰς ἱερατείας. *Ne*  
*sancta instar benedictionum in festo*  
*Pasche in alias parochias transmit-*  
*tantur*; quia nempe, uti ibi Nota-  
 tor adjicit, Paschatis tempore ad  
 Eucharistiam accipiendam Fideles  
 tenebantur, quâ dum fruerentur,  
 nihil Evlogiis, minori scilicet vilio-  
 rique pabulo opus habebant. Et  
 fuit præter publicas istas, etiam pri-  
 vatarum Evlogiarum usus, quibus  
 ultro citroque missis peculiarem,  
 qui tamen ad Christianam pie-  
 tatem conjunctionemque perti-  
 neret, amorem invicem homines  
 pii testabantur. Paulinus Epi-  
 scopus Nolanus atque Tarasia ad  
 Augustinum; *Panem unum, quem*  
*unanimitatis indicio misimus chari-*  
*tati tue, rogamus accipiendo bene-*  
*dicas.* Atque vicem charitatis red-

Not.  
 Collect.  
 Paris.  
 Concil.  
 Tom. 1.  
 p. 693.  
 694.

Inter o-  
 per. Au-  
 gustin.  
 Tom. 2.  
 Ep. 32.  
 infm.  
 Ep. 34.  
 infm.

Q

di.

diturus Augustinus, uti pari pietatis affectu, ita eâdem penè verborum formâ; *Panis, quem misimus, uberior benedictio fiet, dilectione accipientis vestrae benignitatis.* Atque

Ep. 53. iterum Paulinus Alipio, non sibi minus quàm Augustino charo: *Panem unum sanctitati tuae unitatis gratia misimus, in quo etiam Trinitatis soliditas continetur. Hunc panem Evlogiam esse, tu facies dignitate*

Ep. 36. *tesumendi.* Denique Romaniano; *Ne vacuum fraternae humanitatis officium videretur, de buccellato Christianae expeditionis, in cujus prociuctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter & Licentio misimus. Non enim potuimus à benedictione secernere, quem cupimus eâdem nobis gratiâ penitus annectere.* At verò de Evlogiis istis, publicis praesertim, sive pane, qui Evlogiarum vocabulo, quanquam inferior Evcharisti-

rifi  
erat  
chu  
ade  
disc  
ferti  
verfa  
tech  
dem  
dem  
nequ  
bene  
dign  
rentu  
tiâ i  
sonte  
tullia  
cietat  
quos  
rem v  
pro e  
aut fa  
loco  
Nequ

rustico, communi tamen sacratio  
 erat, quidquam ab Ecclesia Cate-  
 chumenis attributum fuisse, haud  
 adeò facile persuaseris hominibus  
 disciplinæ veteris gnatis, & præ-  
 fertim considerantibus, quàm di-  
 versa à Fidelibus conditione Ca-  
 techumeni egerint, ut non earun- *supra e.*  
 dem precum, ne privatarum qui- *2. § 14.*  
 dem, & quod huc præcipuè spectat, *16. 15*  
 neque oblationum facultate, aut *seqq.*  
 benedictionis communione hos  
 dignari, isti fas aut pium arbitra-  
 rentur; & eximiâ hi quadam soler-  
 tiâ industriâve caverent, ne ad  
*contestationem*, uti eleganter Ter- *de præ-*  
 tullianus, conjunctionemque so- *script.*  
 cietatem admisisse istos viderentur, *advers.*  
 quos baptismo nondum ad melio- *heret.*  
 rem vivendi dignitatem renatos *6 20. ubi*  
 pro extraneis adhuc atque alienis, *B Rbe-*  
 aut saltem non filiorum Civiumve *nan.*  
 loco atque jure Ecclesia censebat.  
 Neque congruum erat, ex oblatio-  
 ni-

nibus fidelium aliquid cum his commune illum habere, à quo ne quidem offerri aliquid admisisset, aut oblatum recepisset Ecclesia. Sive igitur Panis fuerit, sive sal, sive quodcunque aliud, quo Catechumenos in spem dignioris sortis alendos educandosque credebant, istud peculiari quadam benedictione, atque ab ea, qua panis pro ceteris fidelibus, in mutui confortii indicium velut consecrabatur, distinctâ, in istorum usum paratum fuisse, vero, nisi fallor, similis est. Quamvis dissimulari non debeat, etiam ipsius sacri panis atque vini, post peractam Evcharistiam reliquias Catechumenis aliquando deglutiendas consumendasque cessasse. Probatum id canone quodam Theophili Alexandrini quo præcipitur, ut τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον ἰουσίας μὲ τῶν ἀναλισκόμε-

μέ-

μένων εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν,  
 οἱ κληρικοί ἀναειμάθωσαν, καὶ  
 μήτε κατηχόμενοι ἢ ἐκ τῶν  
 ἰδιότῳ ἢ πινέτῳ. *Quæ ad sacri-*  
*ficiū offeruntur, si quid ex iis*  
*superfit, postquam inde quantum*  
*ad conficienda sacramenta satis*  
*foret, esset desumptum, Clerici di-*  
*stribuant, neque ex iis Catechu-*  
*menus aut edendum quippiam*  
*aut bibendum accipiat, sed Cle-*  
*rici solum & qui cū iis adsunt,*  
*Fratres fideles. Ita nempe id*  
 prohibet Theophilus, ut hactenus  
 factum, præter Ecclesiæ quidem  
 morem atque disciplinam, signifi-  
 cet. Quanquam Justiniani ætate  
 in Constantinopolitana saltem Ec-  
 clesia, si quid ex sacro isto convi-  
 vio remansisset, pueris concessum  
 fuisse, Evagrius auctor sit. Et  
 verò, si quod iste narrat, etiam  
 puero Judæo id permiserat Eccle-  
 sia

Evagr.  
 IV. 39.



fia Constantinopolitana, non  
 illiberaliorem sese in Catechume-  
 nos præbuisse, credendum est.  
 Atque vel inde, ut obiter adno-  
 mus, conjicere licet, ex istius saltem  
 Ecclesiæ sententia, ad communem  
 usum pristinamque velut condi-  
 tionem sacra ista sanctissimi cor-  
 poris atque sanguinis Symbola  
 peractâ Evcharistiâ  
 rediisse.

